pontatumque et aggeratum ex actoribus ceterisque subditis no-
stris in regno et dominijs nostris ubilibet existentibus ad quos
presentes litere nostre pervenerint sincere et fidelibus dilectis
gratiam nostram Regiam Magnificis Nobilis famati
et providi sincere et fideles Manifestum vobis et cuilibet
vestrum facimus quia preconsul et consules oppidi nostri
Rzezwol produxerunt coram nobis privilegia serenissi-
morum predecessorum nostrorum Regum Polonie quibus ab om-
nibus theloneis nostris et a foralibus in regno nostro solven-
dis sunt exempti et liberati de quibus vobis et cuilibet
vestrum testimonium perhibemus Mandamus ut eosdem oppida-
nos de Rzezwol in hac ipsa libertate eis concessa omnino con-
servetis nullaque theloneia nec foralia ab eis et mercibus
eorum exigatis nec exigi fanatis aut permittatis pro gratia
nostra harum quibus sigillum nostrum est subimpressum testi-
monio litterarum datis Lublini in conventione Regni generali
feria sexta post festum assumptionis Beate virginis Marie
proxima Anno domini millesimo quingentesimo sexagesimo sexto
Regni vero nostri trigesimo septimo Valentinus Dzie-
bienski R. P. Cancellarius ad mandatum sacre Regie pro-
prium

161 VIII. 1560

Charlo cum Ilmeski

Comparens personaliter coram officio et actis presentibus Castrensibus
Premisliensibus Nobilis Georgius Iluyzky Alexandrowicz publi-
ce palam et per expressum recognovit quia Generoso Nicolao
Charlo vexillifero Premisliensi admisit et concessit bona sua hu-
ma et obligatoria per patrem ipsius Iluyzky apud quascumque
personas invadiat inscriptis et obligat in quibuscumque summis exi-
stentem exemere et precipue a nobili Wassyl Iluyzky per nobi-
lem olim Nicolaum Iluyzky fratrem prefati Georgij obligat

47

Vulnera Kalnoffoski

Nobilis Ffeytko Kalnoffoski coram officio et actis presentibus
Castrensibus Premisliensibus ostendit et manifestavit tres cicatrices
vulnerum in occipite Item duas cicatrices vulnerum in manu
sinistra que vulnera asserebat sibi fore inflicta per laborio-
sos Haraszym et Roman de villa Brzegi subditos sacre
Regie nostre tenute vero Magnifici Joannis Starzechowski pallatini po-
dolie capitanei Sambonensis drohobiensis capitanei quas cicatrices
vulnerum officium vidit et suscepit

49

Pelka quietat de XXI florenorum et gr. 15 Ulmski

Comparens personaliter coram officio et actis presentibus Castrensibus
Premisliensibus Generosus Andreas Pelka de Kussienycze recedens a
terris et districtibus suis quibusvis et se huic vero et iurisdictioni

48

Castrensibus Premisliensibus incorporatum et subiectum publice palam et
per expressum recognovit quia a generoso Jamisso alias Jamisch
Ulynski recepit numeravit et effectualiter levavit summam septin-
gentorum septuaginta duorum florenorum et gr. quindecim pecunie et hec
ad rationem summe octingentorum florenorum pecunie per eundem Jamissum Ulyn-
ski predicto Andree Pelka in et super bonis suis hereditariis Ville
Lukowa actis Castrensibus Sanocensibus quocumque modo inscriptis de quibus
septingentis septuaginta duobus florenorum et gr. quindecim modo
premisso ab eodem Jamissio Ulynski recepit numeratis et levatis eundem
Jamissum Ulynski quietat et liberum cum suis posteris facit sibique
pro premissis omnibus perpetuum imponens silentium Nihilominus
tamen inscriptionem capitalem super residuitatem summe coram
actis Castrensibus Sanocensibus factam et recognitam lanus desuper canen-
tibus in omnibus eiusdem inscriptionis condicionibus clausulis et articulis
predictus Andreas Pelka in omni robore sibi reservat

Intro non est admissa per Vrosky Koblanski

Ministerialis terrestris Premisliensis providus Jaczko Danilowicz
de Koblo unacum nobilibus Jwan Blazowski et Hryczko Ma-
nastyrski secum comparentes coram officio et actis presentibus Castren-
sibus Premisliensibus stans personaliter in vim relationis sue recepit quia feria
tercia post festum Sancti Martini proxime preterita Anno presenti
dum missus equitaverat ex parte nobilis Jwan Koblanski
ad intromittendum eundem Jwan Koblanski in Cmethoniensem kosth di-
ctum Halyszowicz nobilis Mathie Vroski petrowicz in villa sortis
ipsius vroze hominum vigore inscriptionis Castrensibus Premisliensibus in summa
quinquaginta florenorum pecunie extunc ipsa intro per eundem Mathiam
Vroski prefatum kosth Cmethoniensem non est admissa immo denega-
ta quia ita et non aliter fieri ipse nobilis recognovit et nobiles
prefati relationem ipsius nobilis attestati sunt

50

Intro data per Kropiwnicky Thurzanski

Ministerialis terrestris Premisliensis providus Haraszym de Bla-
zow unacum nobilibus Andrzej Thurzanski
secum comparentes coram officio et actis presentibus Castrensibus Premisliensibus
stans personaliter in vim relationis sue recognovit quia Sabbato
post festum Sancti Nicolai episcopi proxime preterito Anno presenti
nobilis Hryczko Kropiwnicky dedit et admisit libere realem
intronizationem et actualem pacificamque possessionem in Cmethoniensem Jwan
et Hryczowa viduam et in pratum dictum Rzepiszcze in villa
Kropiwnicky nobili Petro Thurzanski filio nobilis Sienko Thu-
rzanski vigore inscriptionis Castrensibus Premisliensibus in summa viginti
septem florenorum pecunie inscriptis ac obedientiam demandavit quam in-
testanti prestiterunt in presentia nobilis et nobilium nemini eandem
intronizationem denegantes et prepedientes que ita et non aliter fieri ipse nobilis
recognovit et nobiles prefati relationem ipsius nobilis attestati sunt

50